

# Kreis Steinfurt

S 186

1268 (1267) März 25 Ahus.

[63] 116

Der Edle Bernhard von Ahus überträgt der Kommende Steinfurt das Eigentum des von ihr angekauften Lehengutes Rothardinc (später Annind) im Kspl. Delden, Bchft. Beehum.

Ego Bernardus nobilis homo de Ahus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in vero salutari. Sciant universi presentes ac posteri, quod venientibus ad presentiam meam Nicolao (!) de Horstelo et uxore eius Hildegarde cum universis pueris suis domum quandam in Bechem Rothardinc nuncupatam in parrochia Delden sitam, quam a me tenuerunt in feodo, cuius proprietas ad me spectabat, in manus meas universis castellanis meis astantibus resignaverunt, quicquid in ea iuris habebant, penitus relinquentes. Ego vero pio de consensu matris mee et uxoris mee et omnium heredum meorum puerorum et aliorum omnium viris religiosis magistro et fratribus in Steinvorde domum antedictam donavi libere in proprietate perfecta perpetuo possidendum, qui eam erga supradictum Nicolaum emerant, volens, ut ab omni impetione super hoc perhenniter sint immunes. Ipsi vero mihi vinum, proinde ut ab eis exegi, donaverunt. Ut autem hoc firmum et stabile ab omnibus successoribus nostris permaneat, presentem paginam sigillo nostro feci communiri. Datum in Ahus, die anunciaconis Marie, anno Domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Ix<sup>o</sup>vii<sup>o</sup> coram testibus viris probis et honestis Philippo de Burse, Rotgero de Ramesberge, Conrado Speculo militibus; Theoderico de Gronlo, Orwino (!) de Graz, Giselberto de Were famulis et quam pluribus aliis.

Orig. Siegel ab. VIII. Rep. II. 6. Nr. 5; Kopien im Kopiar B fol. 90 und A fol. 50, danach gedruckt Darpe, S. 16.